ea voluptates nullas magnopere desiderat, caret epulis
extructisque mensis et frequentibus poculis, caret ergo etiam vino-
lentia et cruditate et insompniis. Sed si aliquid dandum est volup-
tati quoniam eius blanditiis non facile obsistimus, divi-
ne enim Plato escam malorum appellat voluptatem, quod ea
videlicet homines capiantur ut pisces, quamquam immoderatis
epulis caret senectus modicis tamen conviviis de-
lectari potest

Si vero habet tamquam pabulum studii atque doctrine

nihil est otiosa senectute iocundius
Senectus est natura loquacior ne ab omnibus eam vitiis
videar vindicare
At sunt morosi et anxii et iracundi et difficiles
senes si quaerimus etiam avari contemni se putant
despici illudi praeterea in fragili corpore odiosa omnis
offensio est
Animus sumus inclusi in his compagibus corporis
munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur
est enim animus celestis ex altissimo domicilio de-
pressus et quasi demersus in terram locum divine nature
eternitati contrarium Sed credo deos immortales sparsisse
animos in corpora humana ut essent qui terras tuerentur
quique celestium ordinem contemplantes imitarentur eum vite
modo atque constantia nec me solum ratio ac disputatio impu-
lit ut ita crederem sed nobilitas etiam summorum philosophorum
et auctoritas Audiebam pithagoram pithagoreosque
incolas pene nostros qui essent italici philosophi quondam
nominati numquam dubitasse quin ex universa
mente divina delibatos animos haberemus
demonstrabantur praeterea que Socrates supremo vite die
de immortalitate animorum disseruisset qui esset omnium
sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus Quid
multa Sic mihi persuasi sic sentio cum tanta cele-
ritas animorum sit tanta memoria praeteritorum futurorum-
que prudentia tot artes tante scientie tot inventa non posse
eam naturam que res eas contineat esse mortalem Cumque
semper animus agitetur nec principium motus habeat quia
ipse se moveat ne finem quidem habiturum esse motus
quia numquam se ipse sit relicturus et cum simplex animi na-
tura esset neque haberet in se quicquam admixtum dispar sui

atque difficile non posse eum dividi quod si non possit non posse interire hec pro ut apud Xenofontem moriens Nolite arbitrari carissimi filii me cum a vobis discessero nusquam aut nullum fore, nec enim dum eram vobiscum animum meum videbatis, sed eum esse in hoc corpore ex his rebus quas gerebam intelligebatis eundem igitur esse credite etiam si nullum videbitis ... animos ... corporibus ex mortalibus vinculis eum expressisset ex hiis ... Catonis

Sequuntur auctoritates collecte ex libro Ciceronis De Amicitia

Ego vos hortari tantum possum ut amiciciam omnibus rebus humanis anteponatis. Nichil est enim tam nature aptum tam conveniens ad res vel secundas vel adversas Sed hoc primum sentio nisi in bonis amiciciam esse non posse

Est autem amicicia nichil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benivolencia et caritate consensio qua quidem haud scio an excepta sapiencia nichil melius homini sit a diis immortalibus datum

Quid enim dulcius quam habere cum quo omnia audeas loqui ut tecum Quis esset tantus fructus in prosperis rebus nisi haberes qui illis eque ac tu ipse gauderet Adversas vero ferre difficile esset sine eo qui illas gravius eciam quam tu ferret Nam et secundas res splendidiores facit amicicia et adversas partiens communicansque leviores Cum que plurimas et maximas commoditates amicicia contineat tum illa nimirum prestat omnibus quod bonam spem prelucet in posterum nec debilitari animos aut cadere patitur Verum etenim qui intuetur amicum tamquam exemplar aliquod intuetur sui Quocirca et absentes adsunt et egentes abundant et imbecilles valent

et quod difficilius dictu est mortui vivunt
Quod si exemeris ex rerum natura benivolencie coniunctionem nec
domus ulla nec urbs stare poterit, ne agri quidem cultus
permanebit. Que enim domus tam stabilis, que tam firma civitas
est, que non odiis et dissidiis funditus possit
everti
Adhuc etiam pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt
longe dissentiunt, nec mirum, nihil enim altum, nihil
magnificum ac divinum suspicere possunt qui suas omnes
cogitaciones abiecerunt in rem tam humilem tamque
contempta sicut est voluptas
Si utilitas amicicias conglutinaret eadem commutata
dissolveret. Vere amicicie sempiterne sunt
Scipio nil difficilius esse dicebat quam amiciciam
usque ad extremum vite diem permanere et cetera. Mutari
enim mores hominum sepe dicebat, alias adversis rebus
alias etate ingravescente et cetera. Quia summi puerorum amores
sepe una cum pretexta et toga ponerentur. Sin autem
ad adolescentiam perduxissent dirimi tamen interdum contencione
vel uxorie condicionis vel commodi alicuius quod idem adipisci
uterque non posset. Quod si qui longius in amicicia provecti essent
tamen sepe labefactari si in honoris contencionem incidissent
pestem enim nullam maiorem esse amiciciis quam in plerisque
pecunie cupiditatem in optimis quibusque honoris certamen
et glorie. Ex quo inimicicias maximas sepe inter
amicissimos extitisse. Magna etiam dissidia et
plerumque iusta nasci cum aliquid ab amicis quod rectum
non esset postularetur, ut aut libidinis ministri
aut adiutores essent ad iniuriam. Quod qui recusarent
quamvis illud honeste facerent, ius tamen amicicie deserere
arguerentur ab his quibus obsequi nollent
Nulla est excusatio peccati si amici causa peccaveris

nis enim conciliatrix amicicie virtutis opinio fuit difficile
est amiciciam manere si a virtute defeceris
Hec igitur lex in amicicia sanciatur ut neque rogemus res tur-
pes nec faciamus rogati turpis enim excusacio est et minime
accipienda cum in ceteris peccatis tum si quis contra rempublicam
se amici causa fecisse fateatur
Quibusdam quos audio studio sapientes habitos in Grecia pla-
cuisse opiniones mirabiles quedam / sed nihil est quod illi
non prosequantur suis argutiis partim fugiendas
esse nimias amicicias ne necesse sit unum sollicitum
esse pro pluribus. satis superque esse sibi suarum cuique rerum / ali-
enis nimis implicari molestum esse commodissimum esse quam
laxissimas habenas habere amicicie quas vel adducas
cum velis vel remittas caput enim esse ad beate vivendum
securitatem qua frui non possit animus si tamquam parturiat unus
pro pluribus Alios autem dicere aiunt multo eciam inhumanius
presidii adiumentique causa non benivolencie neque caritatis ami-
cicias esse expetendas itaque ut quisque minimum fir-
mitatis haberet minimumque virium ita amicicias appete-
re maxime ex eo fieri ut mulierculae magis amiciciarum presidia
querant quam viri et inopes quam opulenti et calamitosi
quam hii qui putantur esse beati O preclaram sapienciam Solem
enim e mundo tollere videntur qui amiciciam e vita tol-
lunt qua nil a diis immortalibus melius habemus nil iocun-
dius Que est enim ista securitas / specie quidem blanda / sed re-
apse multis locis repudianda est / neque enim est consenta-
neum ullam honestam rem actionemve / ne sollicitus sis
aut non suscipere aut susceptam deponere Quod si curam fu-
gimus virtus fugienda est que necesse est cum aliqua cura
res sibi contrarias aspernetur atque oderit ut bonitas mali-
ciam temperancia libidinem ignaviam fortitudo itaque vi-
deas rebus iniustis iustos maxime dolere imbelli-
bus fortes flagiciosis modestos Ergo hoc proprium est animi bene
constituti et letari bonis rebus et dolere contrariis Quamobrem
si cadit in sapientem animi dolor qui profecto cadit nisi ex
eius animo extirpatam humanitatem arbitramur quae causa
est cur amiciciam funditus tollamus e vita ne

aliquas propter eam suscipiamus molestias. Quid enim
interest motu animi sublato non dico inter pecudem et ho-
minem sed inter hominem et truncum aut saxum aut quidvis generis
eiusdem etc.
Quid enim tam absurdum est quam delectari multis inani-
bus rebus ut honore ut gloria ut edificio ut vestitu
cultuque corporis animo autem virtute predito eo qui vel amare
vel ut ita dicam redamare possit non admodum delectari
Nichil est enim remuneratione benivolentie nil vicissitudine
studiorum officiorumque iocundius. Quod si id etiam addimus quod
recte addi potest nil esse quod ad se rem ullam tam alliciat
et tam attrahat quam ad amicitiam similitudo. Concedetur
profecto verum esse ut boni bonos diligant asciscantque sibi
quasi propinquitate coniunctos atque natura. Nil est enim appetentius similium
sui nec rapacius natura. Et hoc quod omnes Grecos [illegible]
[illegible] in amicitia qui [illegible] ipsi
deficientes indigentia [illegible] se quod disputaverunt
ut frons tenet cogitata. Quis enim aut eos diligat quos metuit aut eos a qui-
bus se metui putat. Coluntur tamen simulatione amicitie
dumtaxat ad tempus. Quod si forte ut plerumque ceciderunt tum
intelligitur quam fuerint inopes amicorum. Non enim solum ipsa for-
tuna ceca est sed eos plerumque efficit cecos quos complexa
est. Itaque illi efferuntur fere fastidio et contumacia. Nec
quicquid insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.
Quid autem stultius quam cum plurimum copiis facultatibus opibus
possint cetera parare que parantur pecunia equos famulos ve-
stem egregiam vasa preciosa, amicos non parare optimam
et pulcherrimam ut ita dicam vite supellectilem. Et cetera cum parant cui parent nesciunt nec cuius causa la-
borent. Cuius enim est istorum quicquid qui vincit viribus
amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio
ut etsi illa maneant que sunt quasi dona fortune tamen vita
inculta et deserta ab amicis non possit esse iocunda.
Firmi sunt et stabiles et constantes eligendi cuius generis est
magna penuria. Et iudicare difficile est sane nisi ex-
pertum experiendum autem est in ipsa amicitia. Ita precurrit amicitia
iudicium tollitque experiendi potestatem. Est igitur prudentis
sustinere ut cursum sic impetum benivolentie

quo utamur quasi ad tempestatem sic amicitiis aliqua
parte periclitatis moribus amicorum quidam saepe in parva pecunia
perspiciuntur quam sint leves, quidam autem quos parva movere
non potuit cognoscuntur in magna. Sin vero erunt aliqui
reperti qui pecuniam praeferre amicitiae sordidum existimant ubi
eos invenies qui honores magistratus imperia potestates opes
amicitiae non anteponant ut cum ex altera parte proposita sint
ex altera ius amicitiae non multo illa malint.

Imbecilla enim est natura ad contemnendam potentiam quam etsi
neglecta amicitia consecuti sunt obscuratum iri arbi
trantur quia non sine magna causa sit neglecta amicitia.
Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in his qui in honoribus
reque publica versantur. Ubi enim istum invenies qui honorem amici anteponat
suo.

Est enim boni viri quem eundem sapientem licet dicere, haec
duo tenere in amicitia: primum ne quid fictum sit neve si
mulatum, aperte enim vel odisse magis ingenui est
quam fronte occultare sententiam. Deinde non solum ab aliquo
allatas criminationes repellere sed ne ipsum quidem esse suspiciosum
semper aliquid existimantem ab amico esse violatum. Accedat
huc suavitas quaedam oportet sermonum atque morum haudquaquam
mediocre condimentum amicitiae.

Num debent esse amicitiae sicut aliarum rerum satietates? veterrima
quaeque ut vina quae vetustatem ferunt esse debent suavissima.
Verumque illud quod dicitur multos modios salis simul
edendos esse ut amicitiae munus expletum sit. Novitates
autem si spem afferunt ut tamquam in herbis non fallacibus
fructus appareat, non sunt quidem repudiandae, vetustas
tamen suo loco conservanda; maxima enim est vis vetustatis et con
suetudinis. Quin etiam in ipso equo de quo dixi, si nulla res impediat, nemo
est qui non eo quo consuevit libentius utatur quam intractato et no
vo; nec vero in hoc quod est animal, sed in his etiam quae sunt inanima

consuetudo valet cum locis illis delectemur montuosis etiam
et silvestribus in quibus diutius commorati sumus

Quod fac imitandum est omnibus ut si quis praestat
ingenii virtute ingenio fortuna consequuti sunt impertiant ea suis
communicentque cum proximis ut si parentibus nati sint humilibus
si propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna
eorum augeant opes eisque honori sint et dignitati

Fructus enim ingenii et virtutis omnisque praestantie tum
maximus capitur cum in proximum quemque confertur

Tantum autem cuique est tribuendum primum quantum ipse efficere possis
deinde etiam quantum ille quem diligas atque adiuves sustinere possit
Non enim neque tu possis quamvis excellas omnes tuos ad honores
amplissimos perducere ut Scipio P. Rutilium potuit consulem
efficere fratrem eius L. non potuit Quod si etiam possis quidvis
deferre ad alterum videndum est tamen quid ille possit sustinere

Dispares enim mores disparia studia sequuntur quorum dissimilitudo
dissociat amicitias nec ob aliam causam ullam boni improbis
improbi bonis amici esse non possunt nisi quod tanta est inter eos
quanta maxima potest esse morum studiorumque distantia

Nihil est turpius quam cum eo bellum gerere quicum familiariter
vixerit

Digni autem sunt amicitia quibus in ipsis inest causa cur diligantur
rarum genus Et quidem omnia praeclara rara nec quicquam
difficilius quam reperire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum
Sed plerique neque in rebus humanis quicquam bonum norunt
nisi quod fructuosum sit et amicos tamquam pecudes eos potissimum
diligunt ex quibus sperant se maximum fructum esse
capturos Ita pulcherrima illa et maxime naturali carent amicitia
per se et propter se expetita Ipse enim se quisque diligit
non ut aliquam a se ipse mercedem exigat caritatis sue sed quod
per se sibi quisque carus est Quod nisi idem in amicitiam transferetur
verus amicus nunquam reperietur Est enim is qui est tamquam alter idem

Sed plerique ne dicam impudenter habere talem amicum volunt

quales ipsi esse non possunt, que ipsi amicis non tribuunt, omnia hec
ab ipsis desiderabunt. Par est autem primum esse virum bonum, tum
alterum similem sui querere. In talibus ea quam dudum tractamus stabi-
litas amicitie confirmari potest, cum homines benivolentia coniuncti primum
cupiditatibus, iis quibus ceteri serviunt, imperabunt, deinde equitate iusticia-
que gaudebunt, omniaque alter pro altero suscipiet, neque quicquam
umquam nisi honestum et rectum alter ab altero postulabit, neque solum
colent inter se ac diligent sed etiam verebuntur. Nam maximum ornamentum
amicitie tollit qui ex ea tollit verecundiam.

Est autem varium et multiplex usus amicitie, multeque cause suspicionum
offensionumque dantur, quas tum evitare tum elevare tum ferre
sapientis, una illa sublevanda offensio est, ut et utilitas in ami-
citia et fides retineatur, nam et monendi amici sepe sunt et obiur-
gandi, et hec accipienda amice cum benivole fiunt. Sed nescio
quo modo verum est quod in Andria familiaris meus dicit: Obsequium
amicos, veritas odium parit. Molesta veritas est, siquidem ex ea
nascitur odium, quod est venenum amicitie. Sed in hac re habenda
ratio et diligentia est, primo ut monitio acerbitate, deinde ut obiur-
gatio contumelia careat, in obsequio autem, quoniam Terentiano verbo libenter
utimur, comitas adsit, assentatio vitiorum adiutrix procul amo-
veatur.

Cuius autem aures clause veritati sunt ut ab amico verum audire nequeat,
huius salus desperanda est. Scitum enim est illud Catonis ut multa:
melius de quibusdam acerbos inimicos mereri quam eos amicos qui
dulces videantur; illos verum sepe dicere, hos numquam.

Peccasse se non anguntur, obiurgari moleste ferunt, quod contra
oportebat, delicto dolere, correctione gaudere. Ut igitur et
monere et moneri proprium est vere amicitie, et alterum libere facere
non aspere, alterum patienter accipere non repugnanter, sic habendum
est nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam adulationem, bla-
nditiam, assentationem. Quamvis enim multis nominibus est hoc vitium no-
tandum levium hominum atque fallacium ad voluptatem loquentium omnia,
nihil ad veritatem. Cum autem omnium rerum simulatio viciosa est, tollit
enim iudicium veri atque adulterat, tum amicitie repugnat maxime,
delet enim veritatem, sine qua nomen amicitie valere non potest.
Quid enim potest tam flexibile esse tam devium quam animus eius qui
ad alterius non modo sensum ac voluntatem sed etiam vultum atque nutum
convertitur. Negat quis, nego. Ait, aio.

Secerni autem blandus amicus a vero et internosci tam potest adhibita

dilicentia q̄ȝ omnia fucata et simulata a sinceris atq̄ veris
Amicicia cu(m) vite pceditur in qua nisi ut dicitur apertum pectus
videas tuumq̄ ostendas · nil fidum nil exploratum habeas
ne amare quidem aut amari possis cum illud q̄ȝ vere fiat ignores

Virtute nam tam multi cupiunt esse q̄ȝ videri volunt/ hos de
lectat assentatio· his fictus ad eorum voluntatem sermo cum adhibetur
oracionem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant· Nulla
est igitur hec amicicia cum alter verum audire non vult alter ad men
tiendum paratus est

Semper auget assentator id quod is cuius ad voluntatem dicitur vult
esse magnum· Quamobrem quamquam blanda ista vanitas apud
eos valet qui ipsi illam allectant et invitant/ tamen etiam gra
viores constantioresque admonendi sunt ne callida assenta
tione capiantur aperte enim adulantem nemo non videt nisi qui admodum
est excors· Callidus ille et occultus ne se insinuet studi
ose cavendum est Nec enim facillime agnoscitur/ quippe qui etiam adu
ersando sepe assentatur et litigare se simulans blanditur atque
ad extremum det manus vincique se patiatur ut is qui illusus
sit plus vidisse videatur· Quid aut turpius q̄ȝ id ut ne
accidat magis cavendum est

Serpit nescio quo modo per omnium vitas amicicia nec ullam etatis de
gende racionem patitur expertem sui· Quin etiam si quis asperitate
ea est et immanitate nature ut societatem hominum fugiat atque
oderit qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus
tamen is pati non possit ut non inquirat aliquem apud quem evomat
virus acerbitatis sue atque hoc maxime iudicaretur si quid tale
posset contingere ut deus nos ex hac hominum frequentia tol
leret et in solitudine uspiam collocaret atque ibi suppeditans
omnium rerum quas natura desiderat abundanciam et copiam/ hominis
omnino aspiciendi potestatem eriperet quis tam esset ferreus qui eam
vitam ferre posset· cuique non auferret fructum voluptatum
hominum solitudo

Expliciunt extractiones de li° Tulij Ciceronis excepte
Sequitur Auctoritates scripte de extractionibus quinque
librorum Tulij Ciceronis de Tu
sculanis questionibus scriptis

12
q[uesti]o[n]u[m]

Ex primo libro de q[uesti]o[n]ib[us] tuscu[lanis]

Tantum pt esse in vita iocunditatis cum dies et noctes co
gitandum sit iam iamque esse moriendum ¶ Sic deos et natura
[illegible] angelos quam aut [illegible] fuit [illegible]
animos arbitramur consensu omnium nationum ¶ Magis est ingenii
revocare mentem a sensibus et cogitationem a consuetudine abducere
Nil est vero tam celere ut animi celeritas possit esse celeri te
cum [illegible] qui si permanet incorruptus [illegible] plus [illegible]
ita feratur et penetret et dividet et celum hoc in quo nubes
imbres venti que cogantur ¶ Beati animi cum corporibus
relictis et cupiditatibus et emulationibus animi corporis
nunc [illegible] liberati [illegible] ut [illegible] aliquid volumus
et [illegible] id multo tunc faciemus liberius totosque nos in
contemplandis rebus perspiciendis [illegible] ¶ Nichil quod
[illegible] multo difficilius occurrit cogitanti multo
absurdius quales animus in corpore sit tamquam alienus domum quam
qualis cum exierit ut in liberum celum quasi domum suam venerit
¶ Nisi plane in physicis plumbei sumus in hanc cognitionem
dubitare non possumus esse [illegible] admixtum nil
concretum nil copulatum nil coagmentatum nil duplex quod
ita sit certe nec secerni nec dividi nec discerpi nec distrahi potest
[illegible] qui [illegible] ac [illegible]
[illegible] interitus [illegible]
[illegible] viris [illegible] et se totos li
beralibus [illegible]
[illegible] consilio [illegible] integros castos [illegible]
[illegible] imitati in corporibus vitam [illegible] his ad eos [illegible]
facilis patet [illegible] venimus [illegible]
[illegible] vita [illegible] est [illegible]
ait omnes ingeniosos melancolicos esse

Ex secundo libro de q[uesti]onibus tusculanis

Michi semper placuit consuetudo de omnibus rebus in contrarias
partes disserendi eo quod maxima dicendi exercitatio
[illegible] est [illegible] ¶ Nam efficit hoc philosophia medetur
animis inanes sollicitudines detrahit cupiditatibus liberat
pellit timores ¶ Ut ager non omnis frugifer [illegible]
sic animi non omnes culti fructum ferunt Sed ut ager quamvis
fertilis sine cultura fructuosus esse non potest sic sine doctrina
animus cultura autem animi philosophia est

Illud et melius et verius est omnia que natura aspernatur in
malis esse que adsciscat in bonis ¶ Non videtur
vir dignus genere eiulare lamentare frangi debilitari
dolore aut enim nulla virtus est aut contemnendus omnis
dolor ¶ Si unam virtutem confessus eris te non habere
nullam te esse habiturum ¶ Consuetudo laboris perpessionem
dolorum efficit faciliorem ¶ Hoc enim constat homines
virorum fortium toleranter dolorem pati ¶ Appellata
est enim ex viro virtus viri autem propria maxime est fortitudo
cuius munera duo sunt maxima mortis dolorisque con-
temptio ¶ Utendum igitur est his qui virtutis compotes
¶ Ut eos patiamini si viri volumus esse / cum a viro virtus nomen
est mutuata / Omnia benefacta in luce se collocari volunt

Ex Tercio libro de quibus Tusculan(is)

Eger animus ut ait Ennius semper errat neque pati neque
perpeti potest cupere numquam desinit ¶ Omnes qui se sanari
voluerint preceptis quidem sapientum paruerint sine dubitatione
sanari ¶ Nomen insanie significat mentis egrotationem et mor-
bum id est insanitatem et egrotum animum quam appellarunt insaniam / omnes
autem perturbationes animi morbos philosophi appellant negantque stul-
tum quemquam his morbis vacare qui autem in morbo sunt sani non sunt /
Omnes igitur insipientes insaniunt Sanitatem enim animorum
positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant
his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam propterea
fit ut sapientia sanitas sit animi insipientia autem quasi insani-
tas quedam que est insania ¶ Sapientis animus semper vacat
vicio numquam turgescit numquam tumet / at irati animus huius-
modi est / numquam igitur sapiens irascitur ¶ Misericordia
egritudo est ex alterius rebus adversis invidentia ex
alterius rebus secundis ¶ Omnis perturbacio est animi motus vel rationis
expers vel rationem aspernans vel rationi non obediens Et genus
earum perturbationum que distincte sunt scilicet voluptas
gestiens cupiditas vel libido metus et dolor ...
sunt ardorem libido laetitia leticia gestiens / simili-
metus egritudo sive dolor cruciatus afflictatio sollicitudo

premeditacio futurorum malorum lenit eorum adventum que
venientia longe ante videris ¶ His autem sunt mala aspernanda
cum fuerint cogitata nec dubium est quin omnia que mala
putantur sunt improvisa graviora ¶ Ergo nichil hec et illa
prestans et divina sapiens preceptis ponitur et perpetrata
res humanas hec nil admirari cum acciderit, nil antequam
evenerit non evenire posse arbitrari quocirca rebus secundis maxime
meditari secum oportet quo pacto adversam erumnam ferant
ne quid tamquam novum accidisse animo noverit ¶ Hic enim est
vultus semper idem quem dicitur Xantippe predicare
solita in viro suo fuisse Socratem eodem semper se vidisse
exeuntem illum domo et revertentem ¶ Cuius autem
erat semper idem vultus cum mentis equalitas sunt ergo
nulla fieret mutacio ¶ Adversis casibus egritudo
triplici consolacione sanatur primum quod diu
ridere dici cogitavit quod posse accidere que cogitacio una maxime
molestias omnes extenuat et diluit deinde quod
humana ferenda intelligit Postremo quod videt malum nullum
esse nisi culpam: culpam autem nullam esse cum id quod ab homine
non potuit prestari evenit ¶ Ergo promissum ante
non fuit illud videtur fieri vehemencius et vis
dacet cum mirara esse ea que sunt visa maiora
¶ Est proprium stulticie aliorum vicia cernere oblivisci suorum

Sequuntur auctoritates de exceptis quarti libri Tulij de questionibus Tusculanis

Platho animum in duas partes dividit alteram racionis
participem facit alteram expertem in participe racionis
ponit tranquillitatem id est placitam quietamque constanciam
in illa altera motus turbidos tum ire tum cupiditatis
contrarios inimicosque racioni ¶ perturbacio est aversa a racione
contra naturam animi commocio vel appetitus vehemencior ¶ Voluntas
est que cum racione desiderat que autem racione adversa in
citata est vehemencius ea libido est vel cupiditas effre

innata, que in omnibus stultis invenitur. Egritudo animi est adversante ratione contractio. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, que est a tota mente et a recta ratione defectio, sic aversa a prescriptione rationis ut nullo modo appeticiones animi nec regi nec contineri queant. Sed omnem animi statum inflammat conturbat incitat. Definiunt autem animi egrotationem opinationem vehementem de re non expetenda tamquam expetenda sit inherentem et penitus insitam. Hic quisquis est qui moderatione et constantia quietus animo est sibique ipse placatus ut nec tabescat molestiis nec frangatur timore nec sitienter quid expetens ardeat desiderio nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens quem querimus. Et ideo perturbationibus vacuus animus perfecte atque absolute beatos efficit. is vero concitatus et abstractus ab integra certaque ratione non constanciam solum amittit verum etiam sanitatem.

Ex quinto libro Tulij de questionibus Tusculanis

O vite philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrixque viciorum. quid non modo nos sed omnino vita hominum sine te esse potuisset. Omnis philosophia caritati perpetua carere esse ut ipsa se vires cognoscat, quietem quam ad omnia invicte semper ex quo insaciabiliter animo excitatur. Non scriptoribus philosophie contemnendi sunt sed ex effectione atque consecutione rerum eius, quam opinari oportet non ratione. Nisi stabili et fixo et permanente bono beatus esse nemo potest. Tria sunt ista bona: divicie, honores, copia, opes, gloria, que quis licet miserrimus esse possit. Diviciis quibus indigent criminis sceleris et illecebris non minor. Nil bonum esse cui cuiquam pro deus turar impedit. Que pars optima est in homine, in ea situm esse oportet illud quod queris optimum. Tarde fructibus vitiis non facile convincitur. Sapientis est enim proprium nihil quod penitere possit facere, nihil invitum, splendide constanter graviter honeste omnia, nihil ita expectare quasi certo futurum, nihil cum acciderit admirari ut inopinatum ac novum accidisse videatur

omnia ad suum arbitrium referre suis stare iudiciis. quis
quid sit beatius michi ēta [illegible] habere non pt
Ex hiis voluptate maxime capitur eos tamen offensa iocundi
tatem. quia victa esset. despicio non in societate ¶ Nullo
michi placuit bis in die saturum fieri. nec unquam per
nectare plenum quo igitur iocunda vita pt esse aga ab
sit pecus absit macerio ¶ patria et voces et bone
sit dulcis otio catho ¶ Maior est in legendis [illegible] audie
dis corporis voluptas

casum

Has autores scripsi michi ex Se
neca de remediis fortuitorum

Inmemis morar. Fortasse alicui malo me subducit
fortuna, et si nulli saltim [illegible] senectuti. Non
refert quo sit homo etas, sed que sit vita. Optime
est mori cum iuvat vivere ¶ Egredo veniet tempus
ut experimento mei capere. Nam in meam [illegible]. autem
[illegible] sanus apparet exhibetur ex lectulo vitus ¶ Ma
le de te opinatur homines sed mali moueri, si me
marius si katho. si lelius sapiens, si alter cato, si scipi
ones duo ista loquentur. Juuenal displicere laudandi
¶ Nemo pot ullam auctoritatem habere sua [illegible] qui dam
nandus est male dicere loquitur ¶ Male dicere loquitur
meruit si hec iudicias sentit, mecum morbo sunt [illegible] non
sed locus in [illegible] ¶ Exulabis non patria in mundi
nulla terra exilium est sed altera patria est, patria est
[illegible] est illud autem [illegible] hominis non in loco
est in ipsius [illegible] potestate est quod sit illi fortuna
si cum sapiens est peregrinatur si stultus exulat
¶ [illegible] patris Gaude impotens non erit

Iminuam accipe potius gaude facere non potes aliter
quis hic utrum avarus an prodigus sit nescis. Si
prodigus non habebit. Si avarus non habet. Iste quem
tu felicem admirantibus credis, saepe dolet, saepe suspi-
rat. Multi illud comitantur aves [illegible] sic sequuntur.
cadaver lupi. frumenta formicae. praedam sequitur
ista turba non hominem.

Pecuniam perdidi. Fortasse te illa perdidisset. Habebis
inde periculi minus [illegible] te feliciorem [illegible] avaritiam
perdidisti. Et illa quam multos perdidit, cives sunt in
via expeditiores. Domini tutores exhauserant te, for-
tuna si integrius et tutiore posuit loco. Damnum
putas remedium est. Defles, gemis te miserum
levitas quod a prioribus [illegible] es. Tuo vitio istius
iactura tam triste est, non tam molesta fieret si
tamquam perditurus habuisses.

Oculos perdidi. Quam multis cupiditatibus vita praecisa
est, quam multis rebus carebis, quas hic videre
velles, non eruendi erant. Non integris parte
diminuta esse castitatem. Hinc oculi adulterium
monstrant, hinc incestum, hinc domum quam corrumpi
spectat, hinc urbem. Instrumenta vitiorum sunt oculi [illegible]

Amisi liberos. Stultus es qui fles casum mor-
talium, ex istis nemo aut [illegible] est. Habebat
illi cuius [illegible] nisi quam tu [illegible] apud te precario moda-
bantur. Amicos et libros fortuna [illegible] ducere
rat, recepit illos non abstulit.

Naufragium feci. Cogita non quid perdideris sed quid
evaseris. Nudus exisisti, omnia perdidi, sed
non simul perire patiebaris.

In latrones incidi. Sed alius in accusatores, alius
in fures, alius in fraudatores. Plena insidiis via
est. Noli queri quod inciderunt, sed gaude quod effugeris.
Pecuniam perdidi. Forte cum illa habuisti. Si unum
unicum. Quid tu in tanta tempestate ad unam ancoram
stabas? Cum in pecunia eam magis, in multis...
Lubricum est nil tam instabile quam fortuna; voluptas
nil tam vagum. Nec optimum vincere. Ipsi enim magis
illesum fata tussim fuerunt. Mors, exilium, luctus,
dolor non sunt supplicia sed tributa vivendi.

Incipiunt auctoritates Senece de verborum copia

Quisquis prudentiam sequi desideras, tunc per rationem recte
vives, si omnia prius estimes et perpenses, et dignitatem rebus
non ex opinione multorum sed ex earum natura constituas. Si pru-
dentiam amplecteris, idem eris et per omnia idem, et prout rerum ac temporum
varietas exigit, ita te accommodes tempori, nec te angustes
in rebus, sed potius aptes, sicut manus, que eadem est et cum in
palmam extenditur et cum in pugillum astringitur. Prudentis
proprium est examinare consilia et non cito facili credulitate
ad falsa prolabi. De dubiis non diffinias,
sed suspensam teneas sententiam. Nil inexpertum affirmes, quia non omne verisimile
statim verum est. Si prudens esse cupis, in futura prospectum
intende, et que possunt contingere animo tuo cuncta propone. Nil
tibi subitum sit, sed totum ante conspicias. Cogitationes
vagas et inutiles et velut sompnio similes non recipias.
Cogitatio tua stabilis et certa sit. Sermo tuus non sit
inanis, sed aut suadeat aut moneat aut consoletur
aut precipiat. Lauda parce, vitupera parcius; nam similiter repre-
hensibilis est nimia laudatio quam immoderata vituperatio; illa
adulatione, ista malignitate suspecta est. Teste vel de
futuro premedita; in omnibus incautus incidit. Nam
semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato.

et requies eius ipsa placida sit sapientie studiis cogitati
onibus bonis exercitata, nunquam otio fluitet animus
aliquid remissi habebit nunquam solutum ¶ Nam quamvis
multis sed qualibus placeas cogita ¶ Si magnanimus
fueris nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri honestum
vindicte genus ignoscere ¶ Compone hospitalitatis tue
frontem animum contra blandimenta que occultam voluptatem
animi trahunt. Vive cum tuis citra crudelitatem. Ludic et
clinetem. Palatum tuum fames excitet non sapores. De
sideria tua parvo redime ¶ Miscebis interdum ludos seriis
sed temperatos et sine detrimento dignitatis ac verecundie
nam reprehensibilis est risus si immodicus si pueriliter effusus
si muliebriter fractus. Non erit scurrilis sed grata ur
banitas, sales tui sine dente sint, ioci sine vilitate.
Risus sine cachinno, vox sine clamore, incessus sine
tumultu ¶ Si continens es adulatores evita sitque tibi tam triste
laudari a turpibus quam si lauderis ob turpia. Letior esto
quotiens displices malis et malorum de te existimationes
malas veras tui laudationes ascribe ¶ Commonentes
libenter reprehendentes patienter. Si merito obiurgaverit aliquis
scito quia profuit. Si immerito scito quia prodesse voluit
tuo acerba pro blandis verba timeas ¶ Esto vitiorum fu
gax ipse alienorum vero nec curiosus scrutator nec acerbus re
prehensor, sed sine exprobratione corrector, ita ut admo
nitionem hilaritate prevenias et errori facile veniam dato.
Dicenti esto tacitus auditor, audientibus promptus
receptor. Requirenti facile responde, contendenti facile
cede nec in iurgia execrationes que discedas ¶
Si continens es et animi et corporis tui motus observa ne
indecori sint nec ideo contemnas quia latent, nam nihil
differt si nemo videat cum ipse illos videas ¶
Humilis esto benignus nemini blandus paucis famili
aris, omnibus equus. Severior esto iudicio quam sermone. Vi
ta quam cultor ultor clemens scientie detestator

Fame tue neque fraudator neque aliene invidus
rumigerulus criminulus suspicionibus minime credulus
sed potius hiis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus
subrepunt oppositissimus inimicus. tardus ad iram
promptusque adversis firmus in prosperis cautus et humilis.
occultator virtutum sicut alii viciorum. vane glorie contemptor
nullius impudentia despicias. rari sermonis ipse sed loqua-
citatis patiens. que nosti sine arrogantia possidens(?) im-
ticens(?). que nescis sine occultatione ignorantie postula im-
partiri. ¶ ... immoderata calliditas fit nimium
suspiciosa, alterutrum semper aliquid timentem aliquid
requirentem. astutiam plenam versipellem. simplicitatis
inimicam. cunctatatque culpare ¶ Primum argumentum
composite mentis existimo posse consistere et secum morari
¶ Vide an(?) est ista lectio diversorum et locorum va-
rietatibus infectari(?) ¶ Nusquam est qui ubique est. ¶
Certis ingeniis innutriri et immorari oportet si velit
aliquid trahere quod in animo est fideliter sedeat. Pere-
grinantes multa hospitia habent et nullas amicitias. ¶ Non
prodest cibus nec corpori accedit qui statim sumptus emittitur.
Nil eque sanitatem impedit quam remediorum crebra
mutatio. Non convalescit planta que sepe transfertur.
Nil tam utile est ut in transitu prosit. Fastidi-
entis stomachi est multa degustare. Que ubi va-
ria sunt et diversa inquinant non alunt. ¶ Ex pluribus
cum que legeris aliquid excerpe. ¶ Contentus esto
minimo et vilissimo cibo. Dura atque horrida veste
ipsa sanitate tantum ad utilia paretur et cum iniuria ac
sentiatur in lascivia firmetur gravatus sit fomentis(?) sit.

et pannus durus ac sordidus hac triduo et quatriduo
fer interdum pluribus diebus, ut non lusus sit, sed experimentum
tunc intelligas non opus esse fortuna. hoc enim quod
necessitati sit esse dabit et irata. exerceamur. Et
ne imparatos nos fortuna deprehendat fiat nobis pau
pertas familiaris. Quidam fallere docuerunt dum
falli timent. Diu cogita an tibi aliquis in
amiciciam recipiendus sit. Cum placuit fieri illum
toto pectore admitte. tam audacter cum illo loquere
quam tecum. Si aliquem amicum existimas cui non
tantundem credis, quantum tibi, vehementer erras. et non
satis nosti vim vere amicicie. omnia cum amico delibera
sed de ipso prius. post amiciciam credendum est ante
amiciciam iudicandum. nulla verba coram amico meo
retraham. Quidam que tantum amicis committenda
sunt obviis narrant et in quaslibet aures quicquid
illos urit exonerant. Quidam et rursus
carissimorum conscientiam formidant. Utrumque vitium est et
omnibus credere et nulli. Qui in domum intra
rit nos potius miretur quam supellectilem. Magnus
ille est qui fictilibus sic utitur quemadmodum
argento nec minor ille est qui sic utitur argento quem
admodum testa. Nullius boni sine socio iocunda
possessio est. Adhuc in nobis non pueritia sed
quod est gravius puerilitas remanet, et hoc quidem
peius est quod auctoritatem senum habemus vitia puerorum.
Nos et vanis torquemur et preterito et futuro; timoris
enim tormentum memoria reducit providencia anti
cipat. Qui utilitatis causa asumptus est

tam diu placebit quam diu utilis est
multorum quaestu facio ¶ Nemo non aliquod vitium nobis aut com-
mendat aut imprimit aut nescientibus allinit
utique quo maior est populus cui miscemur hoc periculi
plus est / nihil vero tam damnosum bonis moribus quam
in aliquo spectaculo residere ¶ Unum exemplum luxurie
aut avaritie multum mali facit vicinus dives cupi-
ditatem irritat. Recede in te quantum potes ¶ Cum his
versare qui te meliorem facturi sunt ¶ Nemo
populo placere potest cui placet virtus malis artibus
redimitur favor vulgi / nequaquam valui placere vul-
go quare cum vulgo noverit ego nescit que ego scio
vulgus ignorat. Sapientie servias oportet ut contingat tibi vera
libertas. philosophie enim servire libertas est. nisi sapienti sua
non placuit ¶ Omnis actus huic operosa est. satis
fuit eos nam habet ¶ Sapiens numquam potentium iras
provocabit immo nec declinabit ¶ Fortuna eloquen-
tia est et quamquam alia plurimum movet tamen salubris est
¶ Quicquid facias cito accurre ad eum tibi:
illud expedi illud exporta. labor modicus alit
ille ¶ Non te iubeo inminere libro ut pugillaribus
dandum est aliquod intervallum animo non ut resolvatur sed ut
remittatur ¶ Nemo neque posse beate vivere ne tolerabiliter
quidem sine sapientie studio ¶ Sapientia animum format et fa-
bricat vitam. disponit actiones. regit agenda et omit-
tenda demonstrat ¶ Hoc exigit philosophia ut ad legem
suam quisque vivat ne orationi vita dissentiat ut ipsa
intus se et vita unus omnium actionum sit color
Omnibus constantissimis in qualibet populi pudor

erupit ut fatigatis et estuantibus solet quibusdam tremunt
genua dicturis quorundam dentes colliduntur. lin
gua titubat labra concurrunt hec nec disciplina nec usus
unquam excutit sed natura vim suam exercet quicquid infirmi
et ingenitum est leviter ante eo vincitur / verecundia hec ma
gis in iuvenibus est quibus et plus caloris est et tene
ra frons nichilominus et veteranos tangit ¶ Oratoris
pes extemporaneo tangitur si contra testes assistit. atque hinc
tamquam vertatur hunc aut te preceptis suis sanctiusque faci
at ¶ Ethica putat qui nos timeat quam que fecimus id tibi
precipio ne sis miser ante tempus. cum illa que velut im-
minentia expavisti nunquam fortasse ventura sint ¶
Satis cito dolebis cum venerint et interim meliora
promitte ¶ Stulticia semper incipit vivere / quid aut
est turpius quam senex vivere incipiens ¶ Immodica
ira gignit insaniam ¶ Argumentum ire expers furor est
et ideo ira vitanda est non moderationis causa sed sanitatis
¶ Satis multum temporis perdidimus incipiamus vasa in senectute
te collige. in freto viximus. moriamur in portu
Incertum est quo loco te mors expectat tu eam omni loco ex
specta ¶ Non amo amicum nisi offendo ¶ Hoc ante omnia
fac. Disce gaudere qui videt et [illegible] decet et alac
et fidens et super omnia erectus ¶ Verum gaudium res
severa est ¶ Tunc precipue in te ipse secede cum esse cogeris
in turba ¶ Literarum colloquia. [illegible] toleo et erudi
tus sermo non [illegible] virum robur am ¶ Magis ad re
m pertinet qualis tibi quam qualis aliis videaris ¶
Vivere nolunt qui mori non volunt ¶ Circumda te amicis
sanis potius / bono animo male parant ¶ Hoc est salu
tare tuo conversari cum dissimilibus et diversa cupientibus

¶ Minus est fortiter aliquid dici ab homine mollici ac
professo ¶ Viro captare flosculos turpe e. et fulcire se
notissimis et paucissimis vocibus turpe est fora ex com
mentario sapere. pz' veritas omnibus inniti oratio parata
¶ Istos magno pre contemne qui te obiurgant qd
umbram porticus et otium qm nil actis videntur agere
ad preciam te causer. si vis salvus esse si securus agit
bitur ¶ Nil ordinatum est quod precipitatur et properat
quid receptum pt fieri ¶ Sicut sapienti viro incessus
modestior convenit ita oratio pressa non audax loqui
loquor te esse iubeo ¶ plausus aut vicinium rase
non est servus eiusdem esse namque non simul cogitati
bus ¶ Nemo vultum nisi deo disputat captum est
¶ Adulatio que plus est amicitie non imitatur illam
sed vincit et preterit. eo ipso graciosos facit quo
ledit ¶ Vive cum servo tuo clementer comiter et
in sermone illum admitto et in consiliis et in victum
¶ Servi quibus coram dominis loqui non licet de do
minis loquuntur ¶ Servi fideles pati se pro dominis
porrige cervicem, periculum imminens in caput suum
avertere. Arrogantie publicum iactantis hic pres
esse est finem non habere. ob hostes sed fatis contem
ptissimum est quam hominem excipere. aut ob quos vestis
istis nobis tradata e cuiat. Servus est sed fortasse
liber animo servus est. hoc illi noceat, sed ostende quis
non sit alius libidini servit alius avaricie alius
ambicioni omnes timori. nulla servitus turpior quam vo
luntaria Colant te potius servi tui quam timeant
Servi colitur et amatur. non pt amor cum timo
re misceri // //Explicitur Seneca de proverbiis//

Sequuntur dicta de proverbiis Senece (ex ipsis)

Ab alio expectes alteri quod feceris. [illegible] ex inimicis licet capere. A[illegible] est initium eundi ad virtutes. Alteri sepe ignoscito tibi ipsi nunquam. Avaro deest tam quod habet quam quod non habet. Avarus nisi cum moritur nil recte facit. Avaro quid mali optes nisi ut vivat diu. Animo dolenti nil oportet credere. Alienum nobis nostrum plus aliis placet. Amans cum ludit morti delicias facit. Aleator quanto in arte est tanto nequior.

Beneficium qui dare nescit iniuste petit. Beneficium accipere libertatem vendere est. Beneficium sepe dare docere est reddere. Beneficium qui dedisse se dicit petit.

Cum inimico nemo in gratiam tute redit. Citius venit periculum cum contemnitur. Cuivis dolori remedium est patiencia. Cottidie damnatur qui semper timet. Contumeliam nec fortis potest nec ingenuus pati. Contempni est gravius stulticia percuti. Comes facundus ~~pro~~ in via pro vehiculo est.

Diu oparandum est bellum ut vincas celerius. De inimico non dicis male sed cogites. Discordia carior fit concordia.

Ex vicio alterius sapiens emendat suum. Effugere cupiditatem regnum est vincere. Etiam qui faciunt oderunt iniurias.

Frustra rogatur qui misereri non potest. Fortuna cum nimie quem fovet stultum facit. Fidem qui perdit nil potest ultra perdere. Fortuna vitrea est tum cum splendet frangitur. Feras quod ledit ut quod prodest perferas. Feras difficilia

ut facilia leuius proferas conclusum est ubi ad
pietatem ~~[illegible]~~ at grauitat iracundia
Grauis animi pena est que post feri
penitet ~~Grauissimum~~ est imperium consuetudinis
Heu quam difficilis glorie custodia est
Homo extra corpus suum est cum irascitur ~~Heu quam~~ miserum
est ab illo ledi de quo non possit queri ~~Habet~~ suum
venenum blanda oratio ~~Homines~~ ledere maledictis contumeliis
In nullo auarus bonus est in se
pessimus Inopie pauca desunt auaricie omnia
Ingratus unus miseris omnibus nocet ~~Ita~~ amicum habeas
posse ut fieri inimicum putes ~~Indisciplina~~
ta iuuentus infructuosam parat senectutem
~~Iuuenum~~ est consultum dare conuenire Iratus etiam
facinus consilium putat ~~Leso~~
~~Leso~~ doloris remedium est inimici do
lor ~~Lucrum~~ sine damno alterius fieri non potest
Mora omnis odio est sed facit
sapientiam ~~Miseria~~ miserrima est fortuna que inimico caret
~~Malum~~ facere qui vult numquam non causam inuenit
Negaudii causa amaro iniqua
deficit ~~Nimia~~ felicitas si nunc turbate deciderit
~~Nam~~ si nullos habes inimicos tibi facit iniuria multos
tibi facit inuidia ~~Nulla~~ pietas quod negatur tibi
~~Nil~~ negas quod petitur cuius ~~Nil~~ prodest uidisse
laudare si careris ~~Nil~~ iniure quod alio facias quod tibi
se uiciosum est nimia fecit tradit aliquis uir ~~Nobilis~~
equus umbra uirge regitur ignobilis uero uix calcaribus
caribus gratia ~~Non~~ enim multe placitas sed quam uide
~~Ne~~ alterius uitam amittis ~~Nemo~~ cito accusandus
euenit cito laudandus ~~Non~~ appetitas quod deo conueniat

manus plenas sed qui puras admoveat. Non cum alius ipsi optimus ac deo pulcerrimus dei cultus est

Omnis affectus sit ut in quem

ipse eum sancit celatos fuisse putat. Omnis vitam differen-
tes mors incerta preveniet. Omnis itaque dies velut ultimus
ordinandus est. Amatorem te puta si tibi quod oportet prestiterit.
Adulatorem semper blandiri aliquid amisisse

Prius quam promittas de liberis

cogita ut cum promiseris facias. Peccata non faciat avaricia sed irritat.
Putandus est esse fortior qui cupiditates quam qui hostes
subicit. Omnis pro placere populo cum placet bonis omnes sit.
Interest non quid habeas. Omnia sic agas ut ne quis
amicus tuo te oderit, cum tu semper quem oderunt. Omnia magna
quod est non laudari sed esse laudabilem. Omnium sufficere
primo pro quo qui non sufficit accedit. Omnia sed singula
amicicie non desiderare divicias. Omnis plurimum habet
ex qui minime cupit. Omnis et pauci. Omnis sibi non vide-
amus. Quod tacitum esse vis nemini dixeris, quia non potes
ab illo exigere silencium si tibi ipse non prestas

Tenera memoria beneficiorum

fragilis et iniuriarum tenax. Ridiculum est odio nocentis
innocentiam perdere. Misera est qui a multis timetur multos
timet. Fragilis perire et multo quam fruendo. Misera qui
illi singulos esse vindicte timet. Infecta ingenia debili-
tat verecundia pavida, confirmat audacia

Omnis quorum corpus minorum est

ecum mille factorum finitas inter corpus desericit.
Quam inclementia felicis hominis potencia quam preciosum a vitiis
a amicicia procul data est. Si vis bonus esse cogita hoc
primum quod tenetur. Si vis placere vita tua
tibi placeat non potest. Solitudinis quietis qui vult

cum immortalitate vive | Serenissime nos adinvicem
peccantes ingerimus et ipsi casum committimus | Seneca
cum multis virtutibus habundat qui alienas amat |
Si non vides maior est [illegible] qui incepit minor est
Tene semper vias et silencium temporamentum
tum et in hoc in [illegible] ut liberius audias [illegible]
tacere qui nescit nescit loqui | Quod vitii ad mores contra loqui
[illegible] Seneca | Quando [illegible] quid nescis [illegible] vo
Dis omnibus esse nobis prius esse
ut nemini noceas | Vis habere honorem dabo tibi
magnum imperium impera tibi | videre ad [illegible] mala
esse similis [illegible] B. esse [illegible] queras [illegible]
[illegible] [illegible] abscondere | [illegible] fuit [illegible] affectuo
[illegible] nos est [illegible] ad mulierem [illegible] a multos
homines [illegible] a [illegible] [illegible] | Vel aliquid [illegible]
[illegible] per [illegible] ut [illegible] bonum [illegible] [illegible] pro
[illegible] voluntas [illegible] non [illegible] | [illegible]
et [illegible] et [illegible] et [illegible]

Sequitur de septem sapientibus

Amor prudentis opus [illegible] possit velle et nocere
Pareto legi qui [illegible] legem [illegible] | Pittacus multi
plures amicos et [illegible] [illegible] Bias
Pariter amicos [illegible] [illegible] [illegible] | [illegible]
Ignoscas aliis multa nil tibi
[illegible] malo [illegible] | Cleobolus [illegible]
[illegible] est [illegible] Periander Corinthius
Solon atheniensis | Clam [illegible] [illegible] sed palam laudabis
Prudentia multo [illegible] nobilem | Chilon
[illegible] [illegible] facies [illegible] [illegible] est Lacedemon

Tunc vincta audacias perpetuo memento
Quod factum est dici dixit lex Orathaz

Sequitur de sententiis publii sata

Beneficium dando accepit qui digno dedit
Furor fit lesa sepius pacientia
Pars beneficii est quod petit si cito neges
Beneficium sciendo iniuriam impetras novam
4 Cum sis felix invenies multos amicos
Ipsa si fuerint invisibilia solut est
Tempore felici non cognoscunt amici

Sequentia scripsi de extractionibus nove librorum maximi valerii memorabilium factorum ac dictorum

Virtus operum admiranda est hora L. 4o. Archytas Tarentinus vilico suo ait sumpsissem in [illegible] a te supplicium nisi tibi iratus essem maluit enim impunitum dimittere quam propter iram iusto gravius punire. L. 4o. Completum facit non multa possidere sed modica desiderare omnia in me mea habeo qui nil concupisco. Eo quod iam quia qui cuncta possidet omnia domino regi collabit plus bone mentis unum tempus nullum tempore fortune cepit in [illegible] L. 5o. Cum adolescens quidam amore filie Pisistrati Atheniensium tyranni virginis accensus in publico obviam sibi factam osculatus esset orante uxore ut ab eo capitale supplicium pater sumeret renuit. Si eos qui nos amant interficimus quid hiis faciemus quibus odio sumus. Hic hunc [illegible] filie iniuriam tulit sed nullo laudabilius. L. vi. Quedam senex mulier Siracusana omnibus Siracusis Dionisii tyranni exitum propter iniuriam

L. vi c. libri detraxerunt peccata [illegible] audacia et elatio inveniunt optime

morum acerbitatem et intollerabilia onera votis ex
peterent sola cotidie matutino tempore deos ut incolumis
ac sibi superstes esset orabat quod cum is cognovit
non debitam sibi admiracionem benivolenciamque accersit eam
et quid ita hoc aut quo merito suo faceret interrogavit
Tum illa certa est inquit racio propositi mei puella enim
cum gravem tyrannum haberemus carere eo cupiebam quo
interfecto aliquanto tetrior arcem occupavit eius quoque finiri do
minacionem magis estimabam Tercium te superioribus impor
tuniorem habere cepimus rectorem timens itaque ne si tu
fueris assumptus deterior in locum tuum succedat caput
meum pro tua salute devoveo tam facetam audaciam
dionisius punire erubuit li vi [illegible]
Zaleucus locrensis cum filius eius adulterii crimine dampnatus
secundum ius ab ipso constitutum utroque oculo carere deberet
ac tota civitas in honorem patris necessitatem
pene adolescentulo remitteret aliquamdiu repugnavit
Ad ultimum precibus populi evictus suo prius deinde filii oculo e
ruto usum videndi utrique reliquit ita debitum supplicii mo
